



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.24. Paulus obit. Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

§. XXIV.

Sæcul. VIII.
A. C. 785.*Paulus obit. Tarasius Patriarcha
Constantinopolitanus.*

Constantinopoli Paulus Patriarcha, *Theoph. an.*
cum in morbum incidisset, abdicata *4. p. 385.*
Dignitate, ultima die Augusti, anno se-
ptingentesimo octogesimo quarto, Indi-
ctione septima, in Monasterium Flori se
recipiens, Irene Imperatrice inconsulta,
Monasticam vestem induit. Hac re ad
ipsam delata, venit ad eum mœsta, ad-
ducens Imperatorem Constantinum fi-
lium suum, & exquirens, cur e gradu
suo decederet? Ille obortis lacrymis re-
spondit: *Utinam hanc Sedem Episcopale-
m non conscendissem illo tempore, quo
ista Ecclesia opprimebatur, ab aliis sepa-
rata, & anathematizata. (*)* Cum
deinde Imperatrix Patricios, & Senato-
rum præcipuos ad eum misisset, dixit:
*Nisi Concilium Oecumenicum celebretur,
& error, qui hic dominatur, tollatur,
nulla vobis salutis spes superest.* Dixe-
runt:

E e 3

runt:

(*) Inde dispicitur, Iconoclastarum Hære-
sim non adeo multorum hominum fuisse erro-
rem, nec totam Ecclesiam Constantinopoli-
tanam a Communione Romanæ Ecclesiæ reces-
sisse, denique facile extirpandam, nisi eam quo-
rundam Imperatorum Græcorum pertinacia fo-
visset.

Secul. VIII. A. C. 785. runt: *Cur igitur, cum electus fuisti, sub-*
scripsisti Decreto, ne quis Imagines ado-
raret? Hoc ipsum est, inquit, quod desleo,
factumque pœnitentia delere cupio, Deum
orans, ne tantas pœnas a me exigat, quas
Episcopus merui, dum hac usque pessime
filii, & furorem vestrum pertimescens,
veritatem non edixi. Si me adhucdum

Epist. Const. *Sedem Episcopalem hujus Civitatis reti-*
to. 7. Conc. *nentem mors occupasset, oppressus fuissim*
p. 51. *profecto totius Ecclesiæ Catholicæ anathe-*
mæ, id est, ad tenebras exteriores fus-
sem relegatus. Hæc professus, Paulus
Patriarcha in pace obiit, non sine maxi-
mo Imperatricis & omnium proborum
luctu; erat enim vir venerabilis, paupe-
ribus eleemosynas largissime erogans,
quem Imperatrix maximi faciebat.

Conc. 7. Act. *Igitur Irene non modo Proceres ad*
1. p. 51. *deliberandum vocavit, sed etiam viros*
Theoph. an. *in Disciplina Ecclesiastica versatissimos,*
5. p. 386. *& invocato Jesu Christi Nomine quæsi-*
vit, quem virum Ecclesiæ Constantino-
politanae regendæ idoneum crederent.
Omnes una voce Tarasium, Imperatori
ab Epistolis, nominarunt. Ipse vero, ab
Imperatrice adeste jussus, munus recu-
savit, & quare id suscipere non posset,
exposuit. Tandem Imperatrix universo
populo collecto apud Magnauram dixit:
Scitis, Fratres! quid fecerit Patriarcha
Paulus, quem, siquidem viveret, eum non
patevi-

*pateremur Sacerdotii Thronum dimitte-
re, etiamsi habitum Monasticum induerit;* Sæcul. VIII.
A.C. 785.
*quia vero, sicut Deo placuit, de hac vi-
ta migravit, quæramus virum, qui Eccle-
siam Dei regere, & nos sana Doctrina
pascere possit.*

Simul omnes responderunt, non fore
alium nisi Tarasium a Secretis. At illa,
& nos, inquit, ipsum elegimus, sed repu-
gnat. Jam vero causam suam dicat, cur
nostrum suffragium vestrumque non re-
cipiat. Tarasius publice respondit in
hunc modum:

Timeo ne facile nimis in vota vestra Theoph. p.
387. to. conc.
consentiam. Si enim S. Paulus, qui Cæ-
lum habuit erudiens se, postquam Nomen pag. 34.
Domini coram Gentibus & Regibus por- I. Cor. 9.
*tavit, timebat, ne ipse reprobus efficere-
tur, quomodo ego in mundo conversatus
& Laicus præsumam ascendere ad Epis-
copatus fastigium? Terribile onus, si ex-
iguas vires meas perpendam! Causa ve-
ro præcipua mei timoris hæc est. Aspi-
cio nunc Ecclesiam scissam & divisam in
Oriente, alius aliud docet, multi consen-
tiunt Occidentalibus, qui nos singulis die-
bus anathematizant. Diva pæna est A-
nathema, procul a Regno Cælorum ex-
pelli, & a Deo ad tenebras exteriores da-
mnari! Nihil Deo acceptum magis, quam
ut unum simus, & una efficiatur Eccle-
sia Catholica, quemadmodum in sincero*

Sæcul. VIII. *Fidei nostræ Symbolo confitemur.* (*) Pe-
 A. C. 785. *to igitur, Fratres mei! quod, ut reor,*
 & vos expetitis, quoniam scio, timorem
 Dei vos habere, a piissimis Imperatoribus
 & nempe Im- nostris † Synodum universalem colligi, ut
 peratore & unum corpus simus sub uno Capite, quod
 Imperatrice. est Iesus Christus. Si Imperator &
 Imperatrix petitioni meæ annuunt, &
 ego consentio; sin autem, impossibile est
 mihi id facere, ne inveniar condemnatus
 in die Iudicii Domini Nostri, ubi neque
 Imperator, neque Sacerdos, neque Epi-
 scopi, neque Magistratus, neque hominum
 multitudo me eripere poterit. Jamvero,
 Fratres mei! quodcumque placuerit vo-
 bis, responsum reddite.

Cum hic Tarasii sermo omnibus pla-
 ceret, consensit populus, ut Concilium
 convocaretur, paucis admodum exce-
 ptis (nimirum parte minime saniore) qui-
 bus videbatur, differendum esse nego-
 tium. Ergo Tarasius ex genere Patri-
 ciorum natus Patriarcha Constantinopo-
 litanus in Natali Domini vigesimo quin-
 to

(*) Nullum Schismate majus malum! quod
 nihilominus tempore Lutheri tot seducta Chri-
 stianorum millia, postquam per annos mille
 quingentos nemo unquam in orbe Orthodoxus,
 nisi in Romanæ Ecclesiæ Communione existeret,
 creditus est, horrendo Dei Iudicio elegerunt.

to Decembris, Indictione octava, eodem Sæcul. VIII.
 anno septingentesimo octogesimo quar- A C. 785.
 to, ordinatur. Parens ejus, nomine *vit. per*
 Georgius, Magistratum integerrime ges- *Ignat. 25.*
 serat, & Encratiam matrem pietas singu- *Febr. Bol.*
 laris commendabat. Ipse vero propria *to. 5. p. 576.*
 virtutis splendore coruscabat.

§. XXV.

Concilium apparatus.

Ecclesiæ Patriarchalis Regimen auspi-
 catus Tarasius Epistolas Synodicas,
 & Fidei Professionem Hadriano Papæ
 misit, cui Imperatrix quoque suo & Fi-
 lli nomine scripsit. Communicato Sy-
 nodi celebrandæ consilio, ambo Princi-
 pes Papam rogant, ut veniat, & antiquam
 Traditionem de Imaginibus confirmet,
 promittentes, se honore congruo venien- *to. 7. Conc.*
 tem excepturos, & in Italiam remis- *p. 32.*
 suros. Si ipse venire non possit, rogant,
 ut mittat viros venerabiles, doctosque,
 qui ipsius Epistolas afferant, & vices ge-
 rant. Hæc Epistola data est quarto Cal.
 Sept. Indictione septima, nempe vigesi-
 mo nono Augusti, anno septingentesimo
 octogesimo quarto, biduo priusquam
 Paulus Patriarcha decederet, cujus con-
 silio haud dubie concinnata fuerat. Eam
 deferendam dederunt Constantino, Epis-
 copo Leontino in Sicilia, qui Summo
 Pontifici non erat ignotus. Rogabatur
 Ee 5 etiam